

fitio tantum *secundum quid* est vera, verum dicit, qui dicit Petrum esse animal, non quodvis, sed vel *animal in genere* sic dictum, vel *in specie* animal rationale. Contrà verò falsum dicit, qui dicit Petrum esse animal tale, quale non est, nempe asinum, vel aliud quodvis irrationale.

Ita verum dicit, qui dicit *gallinam esse bipedem* talem, qualis est. Contrà falsum dicit, qui dicit *gallinam esse quodcumque animal* bipes, & quidem in specie hominem.

Simili modo respondendum est ad sequentes *καταλογίας*.

22. *Qui dicit esse Angelos, ille verum dicit:*

*Qui dicit, bonos Angelos esse malos Angelos, ille dicit esse Angelos:*

*E. qui dicit bonos Angelos esse malos Angelos, ille verum dicit.*

23. *Qui dicit te esse candidatum, ille verum dicit:*

*Qui dicit te esse indoctum candidatum, dicit te esse candidatum:*

*E. qui dicit te esse indoctum Candidatum, dicit verum.*

M 4

Resp.